



Theologiae Spiritualis Scholasticæ Et Moralis Tomvs ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Joannis Duns Scoti D. Augustino Conformem

In quo tractatur de Providentia Divina, Prædestinatione & Reprobatione.

Item de Fide Divina, ejus veritate, obscuritate & credibilitate

Bosco, Jean a

Antverpiae, 1686

Concl. V. Christus est causa meritoria prædestinationis omnium aliorum hominum, saltem in executione, quoad omnes effectus, qui ipsis dantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73708)

dent Adversarii: Concilium loqui de prima vocatione. Sed contra est; quod etiam illa competit reprobis; ergo ad minus includitur perseverantia, quæ, cum in executione supponat merita, intelligi debet de intentione.

Interim oppositam sententiam, quæ afferit, Deum non prædestinasse ad gloriam efficaciter illos, qui eam consequuntur propter merita, ante merita prævisa, sed propter illa, tenet noster Poncius, dicens eam esse communioem inter Recentiores, & à Scoto probabiliter teneri 1. dist. 41. ubi post diversas relatas opiniones de hac controversia sic tandem concludit n. 13. in fine: De istis opinionibus omnibus, quia

apostolus videtur disputans de ista materia ad Rom. in fine cap. 11. quasi totum imperferabile relinquere: O altitudo (inquit) divitiarum sapientie & scientie Dei. Et: Quis novit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit? Id. d. ne scrutando de profundo, secundum dictum Magistrum, eum in profundum eligatur, quæ magis placet, dum tamen salvetur libertas divina sine aliqua iniustitia, & alia, quæ salvanda sunt circa Deum, ut liberius eligentur, & qui aliam opinionem tengerit, respondent ad ea, quæ tacta sunt contra eam.

Respondet porò Poncius sup. n. 21. & 22. Scripturas & SS. Patres intelligi debere de electione prædestinatorum ad gratiam omnem, quam non merentur, & ad gloriam etiam, non in se, quasi Deus expresse vellet dare ipsis gloriam, antequam prævideret eorum merita; sed in causa efficaciter perducenda ad gloriam. Hæc autem electio coincidit cum electione ad gratiam talem cum finali perseverantia: quia enim, quicumque habuerit talem gratiam, habebit infallibiliter tanta media, & qui habuerit tot merita, & perseveraverit usque in finem, habebit vitam æternam; hinc qui eligitur ad illam gratiam, & perseverantiam, eligitur ad gloriam; ac proinde, quibus Deus voluit istam gratiam & perseverantiam, possunt dici vocati secundum propositum; alii verò non. Respondet secundò: in Deo posse poni electionem ad gloriam, distinctam ab electione ad gratiam, sed conditionatam tantum, v. g. Volo dare Petro vitam æternam, si habueris tanta merita; quæ voluntas solum respicit prædestinatos; quia multi reprobi aliquando habent majora merita, quam prædestinati. Porò ex hac voluntate conditionata oritur, quòd, quando Deus videt electos habere tot merita, ita disponat res, ut ad finem perseverent; atque adeò donum perseverantiæ, ac propositum Dei in hanc voluntatem refundi potest. Hæc summam ex Poncio sup.

Quomodo autem sint redarguenda, satis patet ex hæcenus dictis pro Conclusionem, in quam, ut supra indicavi, magis inclinat Scotus, & ideo etiam nobis magis placet. Interea liberum sit unicuique, etiam Scostæ, eam relinquere, & adhærere sententiæ Poncii, quæ & ipsa neque fidei, neque bonis moribus repugnat. Et usque adhuc de prædestinatione ex meritis propriis: sed nunquid eadem ratio de meritis alienis, ita ut, sicut prædestinationis

Tomus II.

totalis, id est, quoad omnes ejus effectus nemo seu Christus, aut purus homo sibi ipsi fuit causa meritoria; sic etiam prædestinationis alterius quoad omnes ejus effectus nemo, vel Christus, vel purus homo, fuerit aut esse poterit causa meritoria? Dico Primò, eritque in ordine

CONCLUSIO V.

Christus est causa meritoria prædestinationis omnium aliorum hominum, saltem in executione, quoad omnes effectus, qui ipsis dantur.

Quare addam hanc particulam: Quoad omnes effectus &c. patebit ex dicendis: Sed cui ponitur, interrogat quispiam ly. Saltem in executione? Quia, respondeo, satis dubium est, an etiam in intentione, volo autem in Conclus. exprimere, quod certum est. Igitur Christum esse causam meritoriam prædestinationis omnium hominum in executione, saltem quoad aliquos ejus effectus, est sententia satis communis, quam tenet noster Smiling. & diffusè propugnat sup. n. 618. & sequentibus, existimans eam tam certam esse, quam (inquit) est certum, quòd omne bonum salutare prædictum (ut putà gratia & gloria) in tempore detur electis intuitu meritorum Christi; nam huic annexum est, etiam ab æterno, saltem secundum ordinem executionis, voluisse & prædestinasse Deum, illud bonum dare propter merita Christi. Illud autem primum videtur de fide, ut probatur in materia de Incarnatione tractando de merito Christi. Ita Theod. licetque Felix noster de Prædest. cap. 4. diff. 4. n. 1. sic ait: Certum est, secundum omnes Theologos, Christum Dominum esse causam prædestinationis hominum, ut patet ex illo ad Ephel. 1. v. 4. Elegit nos in ipso. Et infra v. 5. Prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum.

Notat autem tripliciter Christum posse esse causam, vel exemplarem, ita ut Christi prædestinatio sit exemplar prædestinationis nostræ; vel finalem, ita ut prædestinatio nostra sit propter gloriam Christi, vel meritoriam, ita ut merita Christi fuerint prævisa & acceptata ut motivum, propter quod nos prædestinavit. Atque in primis indubitatum est, Christum Dominum fuisse causam exemplarem ex illo ad Rom. 8. v. 29. Quos præcivit & prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui. Nam ad exemplum prædestinationis Christi omnes prædestinati sunt; quia sicut Christus prædestinatus est ad gratiam & gloriam, ita & nos; & sicut Christi prædestinatio fuit absque meritis propriis, sic & nostra.

Unde benè dixit Aug. de Dono persever. e. 24. Nullum est illustrius prædestinationis exemplum, quam ipse Iesus. . . . Quisquis fidelis vult eam benè intelligere attendat ipsum, atque in illo inveniat

B b 2

342.

Conclusio
hæc est communis: am
tenet Smif.

Itemque
Felix.

343.

Christus
tripliciter
est causa
nostra præ
destinationis.

Primò est
causa ex
emplaris, ex
Apost. ad
Rom. 8.

344.

Probat ex
S. Aug.

Et seipsum. Et aliquibus interjectis: Illum ergo & nos predestinavit (Deus) quia & in illo, ut esset Caput nostrum, & in nobis, ut ejus corpus essemus, non processura merita nostra, sed opera sua præstavit. Neque minus certum est, Christum Dominum fuisse causam finalem lex dictis testimoniis Pauli ad Ephes. 1. ubi ly In ipsum, idem est, quod propter ipsum, ut sup. advertit Felix. Unde Trid. sess. 6. cap. 7. Hujus (inquit) justificationis (eadem est ratio prædestinationis, cuius effectus est justificatio) causa sunt, finalis quidem gloria Dei & Christi ac vita aeterna.

Et ibidem significat, Christum Dominum esse causam meritoriam, dicens: Meritoria autem dilectissimus unigenitus suus Dominus noster Iesus Christus: qui, cum essemus inimici, propter nimiam charitatem, quam dilexit nos, suam sanctissimam passionem in ligno crucis nobis justificationem meruit, & pro nobis Deo Patri satisfecit. Nec solam justificationem; sed etiam vocationem & glorificationem, ut colligitur ex eodem Concilio d. sess. 6. c. 5. quod sic incipit: Declarat præterea, ipsius justificationis exordium in adultis à Dei per Christum Iesum præveniente gratia sumendum esse, hoc est, ab ejus vocatione &c. Et cap. 16. ait: Proponenda est vita aeterna, & tanquam gratia filii Dei per Christum Iesum misericorditer promissa &c.

Igitur, secundum mentem Tridentini, & vocationis, & justificationis, & glorificationis conferuntur ex meritis Christi: siquidem ly Per, ut omnes volunt, significat causam meritoriam. Ac proinde Christus est causa meritoria nostræ prædestinationis, saltem quoad aliquos effectus. Etenim hæc tria sunt effectus prædestinationis, ut patet ex alibi dictis; & ad hos effectus revocantur ceteri omnes, qui electis in tempore conferuntur. Scit ergo dixit Apostolus 2. ad Timot. 1. v. 9. Qui (Deus) nos liberavit, & vocavit vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, & gratiam, qua data est nobis in Christo Iesu. Id est; per merita Iesu Christi. Et ad Ephes. 1. v. 3. & sequentibus: Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu ejus in charitate. Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum secundum propositum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratia suæ, in qua gratificavit nos in dilecto Filio suo. In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum, secundum divitiarum gratia ejus, in omni sapientia & prudentia, ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ secundum beneplacitum ejus, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo, qua in cælis, & quæ in terra sunt in ipso. In quo etiam & nos sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum ejus, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ.

Ad quæ verba D. Aug. de Dono persever. c. 7. in fine: Contra istam veritatis tam claram tubam quis homo sobrie vigilantisque fidei voces ullas ad-

mittat humanas? Sed quæ, amabo, hæc veritas? Deum convertere incredulos ad fidem; Deum donare perseverantiam usque in finem; de his enim duobus punctis loquitur ibi D. Aug. ut patet ex contextu, idque per Iesum Christum, sive in Iesu Christo, hoc est, propter meritum Iesu Christi. Nam (ut bene notat Felix sup. n. 9.) quando ly In conjungitur accusativo, significat causam finalem; quando verò ablativo, adiungitur, significat causam meritoriam. Et patet, quia in phrasi græca, In Christo, est idem, quoddam, Per Christum. Quare Chrysostomus explicans illa verba Apostoli sup. allegata sic ait: Per quem nos benedixit, per quem nos elegit, cum tamen in vulgari textu legatur: Elegit nos in ipso.

Nec refert (inquit Smil. sup. n. 618. in fine) quod ille modus loquendi, quo Paulus ait: In Christo nobis aliquid dari, variè exponatur Patribus: nam sufficit etiam habere hunc sensum, ut sit idem, ac per meritum Christi, quæ sensum nobis tradiderunt Patres, qui gratia Christi ex his locis Pauli contra hæreticos collegunt; potest enim idem Scripturæ locus varios non pugnantes inter se etiam literales sensus habere. Sic ille. Differit autem Apostolus locis jam allegatis, & adhuc statim allegatis non de Christo secundum divinitatem, quasi solum vellet significare, ipsum esse causam efficientem physicam; sed de Christo prout erat Redemptor, ut satis colligitur ex ipsis verbis; atque adeo de Christo secundum humanitatem, quæ eum non possit esse causa physica efficiens, oportet, quod saltem dicatur causa meritoria.

Hinc Tridentinum sup. expresse distinguit inter causam efficientem, & meritoriam, dicens: Efficiens verò (causa justificationis) misit Iesum Deum, qui gratuito abluat & sanctificet &c. Meritoria autem dilectissimus unigenitus suus &c. Non solum temporalis adoptionis seu justificationis, ut Aliqui volunt, sed etiam prædestinationis æternæ, cum Deus nihil in tempore operetur propter aliquam causam, nisi quod ob eam ab æterno voluit operari. Prædestinationis, inquam, æternæ, non tantum respectu gratiæ sanctificantis, per quam in filios Dei formaliter adoptamur; sed etiam ejusdemque effectus, æternæ, excepto ipso merito Christi, & principio ejus. Ita enim intellexit adoptionem, de qua Apostolus, S. Aug. de Prædest. SS. c. 17. Nam adducta sententiâ Pauli ad Ephes. sup. citatâ, S. Aug. concludit, dicens: Electi sunt itaque ante mundi constitutionem eâ prædestinatione, in qua Deus sua futura facta præcivit; electi sunt autem de mundi eâ vocatione, quâ Deus id, quod prædestinavit, implevit. Quos autem prædestinavit, ipsi & vocati.

Unde & Apostolus ipse ad Ephes. 2. v. 10. generaliter dicit: Ipsius enim sumus factura, creatura in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparavit Deus, ut in illis ambulemus. Et ad Hebr. ult. v. 20. & 21. Deus autem patris, qui eduxit de mortuis pastorem magnum ovium, in sanguine testamenti æterni, Dominum nostrum Iesum Christum, æquavit vos in omni bono, ut faciat ejus voluntatem, faciat

Secundum est
causa fina-
lis, ex A-
post. & Tri-
dent.

345.
Tertio est
causa me-
ritoria, ex
eod. Concil.

346.
Vocatio, &
justificatio,
& glorifi-
catio confe-
runtur ex
meritis
Christi.

Probatur
ex Apost.

347.
Consonat
D. Aug.

in vobis, quod placeat coram se per Iesum Christum. In omni, inquam, bono: ergo in vocatione, justificatione, & glorificatione, ac aliis bonis, ad hæc ipsa pertinentibus, quæ dantur electis, de quibus ibi loquitur Paulus, ut patet ex illis verbis: Apert vos in omni bono &c. Et idè dictum est in Conclusionè: Quoad omnes effectus, quæ ipsis dantur, de quo iterum inf. redibit sermo.

At enim, dicit aliquis; Apostolus d. loco ad Ephes. 1. addit: secundum propositum voluntatis suæ in laudem gloriæ gratiæ suæ. Ergo non ex meritis Christi, sed ex mero Dei beneplacito. Respondent Aliqui; hæc & similes Scripturas, inquantum significant, nos esse gratis electos, loqui de electione secundum ordinem intentionis; quatenus autem insinuant, nos esse electos in Christo, sive per Christum, loqui de electione secundum ordinem executionis; in quo solo ordine putant ipsi Christum fuisse causam meritoriam nostræ prædestinationis, ut infra videbimus.

At verò Felix, quia existimat etiam in intentione Christum meruisse nostram prædestinationem, aliter respondet sup. n. 10. utputat: Propositum seu beneplacitum Dei in dictis verbis Apostoli Ephes. 1. non excludere Christum seu merita Christi; sed Apostolum per hoc solum velle declarare, Christum Dominum pro illis dumtaxat sua merita efficaciter obtulisse, pro quibus cognoscerebat esse voluntatem Dei illa offerre, ut docet Scotus 3. dist. 19. §. In ista questione, n. 6. ibi: Sicut autem prius prædestinatur electi, quam passio Christi provideatur, ut remedium contra lapsum eorum; ita tota Trinitas prius ordinavit prædestinatos & electos ad gratiam & gloriam finalem quantum ad efficaciam, quam prævidit Christi passionem tanquam medicinam, acceptandam pro electis, cadentibus in Adam, prius prædestinatis ad gloriam finalem: & sicut Verbum prævidit Passionem Patri offerendam pro prædestinatis & electis, & sic eam efficaciter obtulit in effectu: ita tota Trinitas pro eis passionem efficaciter accepit: & pro nullis aliis fuit efficaciter oblata, nec ab æterno acceptata; & idè tantum meruit eis primam gratiam ordinantem ad gloriam consummatam.

Ubi Scholium præfixum notat; quàmvis de re reprobis gratia ex meritis Christi; tamen non dici Christum meruisse reprobis efficaciter; quia non finaliter. Deinde intelligendus est Scotus de efficaci voluntate absoluta (juxta alibi dicta. Ut ut sit de hæc responsione Felicis, quam inferius examinabimus, sufficit ad veritatem nostræ Conclusionis prior responsio, quæ admittit meritum solum in executione; nostra autem Conclusio asserit meritum saltem in executione, quidquid sit de intentione, de qua supra posita.

Imprecætiarum non valet hæc Consequentiæ: Christus meruit prædestinationem nostram saltem in executione; ergo etiam Incarnationem Verbi, prædestinationem Christi, ac meritorum ejus, quæ omnia sunt effectus prædestinationis nostræ, utpote media & beneficia, per quæ certissime salvantur, quicumque salvantur.

Non valet, inquam, hæc Consequentiæ. Primò; quia? (ut notat Smil. sup. n. 622.) Incarnatio Verbi, & prædestinatio Christi sunt principia meritorum Christi; principium autem meriti non cadit sub meritum, ut alibi latius ostensum est.

Secundò; quia (inquit idem Auctor) non sunt media; sed fines nostræ salutis; non autem quodcumque, per quod salvamur, sed illud, quod propter salutem ordinatum est; tanquam medium propter finem; est effectus nostræ prædestinationis; quia hoc propriè habet rationem beneficii, seu gratiæ nobis præstitæ; si quid verò ob alium finem particularem & proprium fuit ordinatum aut permixtum; & deinde, posita ejus prævisione, ad nostram salutem tantummodò usurpatum, vel propter nostram salutem executioni mandatum, non est medium nostræ salutis, sed finis vel occasio; nec effectus nostræ prædestinationis, sed causa vel occasio; & sic se habent prædestinatio Christi, & Incarnatio Verbi. Sic ille.

Igitur prædestinatio Christi, & Incarnatio Verbi primò prævisa fuerunt propter gloriam ipsius Dei, tanquam ea, quæ illi gloriæ erant proximiora media. Posita autem illa prævisione, ad nostram salutem usurpata sunt, vel propter nostram salutem executioni mandata; atque adeò potius causa vel occasio, quàm effectus nostræ prædestinationis. Hinc Apostolus 1. Cor. 3. v. 22. & 23. Omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei. Et Colos. 1. v. 14. & sequentibus: In quo (Christo) habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum: qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creatura; quoniam in ipso condita sunt universa in cælis, & in terra. . . . & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant; & ipse est Caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens; quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quæ in terris, sive quæ in cælis sunt.

Quod attinet ad merita Christi, admittit Smil. sup. & rectè, ea esse nostræ prædestinationis effectus, & ita non esse causam nostræ prædestinationis quoad omnes omnino effectus, sed quoad omnes solum, excepto merito Christi, & gratiæ ad ipsum requisita; nam ea gratia est principium meritorum Christi, & ita sub meritum Christi cadere non potest. Ex quo patet, quare dixerim in Conclus. (ut sup. adhuc notavi) Quoad omnes effectus, qui ipsis dantur. Enimverò neque merita Christi, neque gratia ad ea requisita dantur electis, ut sole meritis clarius est. Interim, ut Christus simpliciter dicatur causa meritoria nostræ prædestinationis, sufficit, ut sit talis causa tum vocationis, tum justificationis & glorificationis nostræ, qui sunt principales & generales effectus prædestinationis hominum, ut constat ex ante dictis.

Sed quomodò, inquis, est causa vocationis, cum scriptum sit Joan. 6. v. 44. Nemo potest venire ad me (per fidem) nisi Pater, qui misit me, traxerit.

Quod non, probatur 1. Smil.

355. Secunda probatio.

356. Incarnatio Verbi, & prædestinatio Christi, non sunt effectus nostræ prædest.

Probatio ex Apostolo.

357. Merita Christi sunt effectus juxta Smil.

Quid sufficit, ut Christus dicatur meruisse nostram prædest.

358. Objeccio.

traxerit eum? Ergo solus Pater est, qui vocat, & vocando attrahit ad Filium. Ergo Christus non est causa meritoria vocationis electorum.
Solutio. Responderet Felix de Incarnat. 14. Diffic. 5. quod his verbis Joan. 6. solum explicatur necessitas gratiæ, & non excluditur Christus, qui aliis locis exprimitur, Joan. 10. v. 27. *Oves meæ vocem meam audiunt.*

359. *Instantia.* Profrus, reponis; sed infideles non sunt oves Christi; ergo non audiunt vocem ejus, nisi prius à Patre vocati fuerint ad fidem. Ergo vocatio non est ex meritis Christi. Responderetur ex eod.

Explicatio. Auctore: sufficere, ut sint oves seu membra Christi in potentia; nam (inquit) Christus etiam extendit manus ad populum non credentem & contradicentem, Rom. 10. v. 21. *Tota die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem.* Quidni ergo vocatio infidelium ad fidem, tamen physicè & efficienter sit à Deo, meritorie tamen proveniat à Christo eo modo, quo justificatio, ut sup. vidimus ex Tridentino? Sanè (inquit Theod. sup. n. 618.) Aug. totum librum de Prædest. SS. scripsit ad probandum, non modò fidem (quæ est quadam dispositio ad justificationem) sed etiam fidei initium esse donum gratiæ Christi, id est, gratiæ, quæ electis confertur ex meritis Christi.

360. *Alia obiectio ex D. Aug.* Sed contra Aug. d. lib. c. 15. sic ait: *Ea gratia sit ab initio fidei sua homo quicumque Christianus, quæ gratia homo ille ab initio suo factus est Christianus.* Sed homo ille ab initio suo factus est Christianus absque meritis propriis vel alienis; ergo & homo quicumque sit ab initio fidei suæ Christianus absque merito Christi. Respondet Felix sup. Augustinum tantum comparasse gratiam, quæ nos sumus Christiani, cum gratia, quæ Christus fuit Christianus, in eo, quod utraque est absque propriis meritis; nihil autem dixit de alienis. Unde sic incipit de eap. *Est etiam præclarissimum lumen prædestinationis & gratia ipse Salvator, ipse mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus: qui ut hoc esset, quibus tandem suis vel operum vel fidei præcedentibus meritis natura humana, quæ in illo est, comparavit? Suis, inquit, ergo loquitur de meritis propriis, & non de alienis.*

361. *An, si Christus non venisset, Deus non dedisset auxilia gratiæ.* Quid ergo, interrogat quispiam, si Christus non venisset, num idè Deus non dedisset auxilia gratiæ? Ergo de facto non datur ex meritis Christi. Respondet Felix sup. quod sicut non daretur causa reconcilians; ita neque ex vi præsentis decreti darentur auxilia; quid fuisset tunc ex vi alterius decreti, ignoramus. Sic ille. Cui si obijcias: merita Christi fuerunt causa in-differenter oblata pro omnibus, & ut sint efficacia, debent applicari ad determinatas personas; sed causæ applicantes sunt dispositiones, & usus Sacramentorum; ergo ista non sunt ex meritis Christi.

362. *Merita Christi sunt causa particulari re-* Concedit, merita Christi esse causam universalem quantum ad sufficientiam, & particularem quantum ad efficaciam respectu aliquorum, quos Deus prædestinavit, quæ appli-

catis etiam fuit ex meritis Christi, & à Deo applicante his, & non aliis, quia ita voluit, id est, secundum propositum & beneplacitum sue voluntatis. Infers: ergo prima gratia non datur nobis gratis, quod est contra Scripturam, ut & Concilia, ut satis patet ex ante dictis. Respondet idem Auctor: quod respectu nostri est gratis, quia non ex nostris meritis; respectu Christi est præmium & iustitia.

Restat una obiectio: Christus venit, ut ea, quæ Adam perdidit, ipsi & nobis recuperaret; sed Adam non perdidit fidem; ergo Christus non meruit nobis auxilia ad fidem. Respondetur: Aliqui: Adam amisit fidem, saltem dubitando, an verba serpentis Gen. 3. v. 4. *Negamque morte moriemini, essent vera, contra verbum Dei Gen. 2. v. 17. In quocumque die comederis ex eo, morte morieris.* Aliter responderet Felix sup. quod licet Adam non amisit sibi fidem, nobis vero amisit; nam amisit nobis omne donum gratiæ; nam per peccatum sumus indigni omni dono: propter quod Arausicanum Can. 15. ait: *Hic Deus propitiante & prædicare debemus & credere, quod per peccatum primi hominis ita inclinatum & attenuatum fuerit liberum arbitrium, ut nullas præstet aut diligere Deum sicut oportuit, aut credere in Deum, aut operari propter Deum, quod bonum est, possit, nisi gratia eum, & misericordia divina præveniat.* Utrique per Jesum Christum Dominum nostrum, id est, ex meritis Christi. Quid enim aliud significant orationes Ecclesiarum, in quibus petimus bona tam corporis, quam animæ per Jesum Christum Dominum nostrum?

Neque id solum in nova Lege verum est, sed & in veteri, id est, meruit Christus gratiam & gloriam etiam Patribus antiquis ante suum in carne adventum, sive ante incarnationem, parte rei existentem; prout de gratia remissionis peccatorum indicat Apostolus Rom. 3. v. 24. & in sequenti, ubi loquens de Judæis & Gentilibus ait: *Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quem proposuit propitiationem per fidem in sanguine ipsius ad glorificationem iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum.* Præcedentium, inquam, in lege veteri, & non tantum subsequendum in lege nova. Juvabit hic audire Doct. Subilem, qui 3. Dist. 19. Differens de merito Christi c. 8. interrogat: *Sed quid, & quibus meruit?* Respondet autem hinc verbis: *Dico, quod Christus meruit omnibus, qui primam gratiam accipiunt, collationem illius; ita quod ibi non cooperatur voluntas nostra, nisi in adultis baptizatis, ubi requiritur aliqua bona dispositio voluntatis. Ex quibus ultimis verbis videtur colligi, Scotum ibi loqui de sola gratia justificante.*

Quod autem intelligi debeat etiam de antiquis Patribus, satis patet ex toto contextu. Nam in primis eod. n. sic ait: *Similiter dico, quod Christus meruit nobis ut totalis causa appetitionis janua paradisi. . . .* Quod patet; quia Abraham fuit tanti meriti, sicut aliqui Christiani, qui sunt modo: sed nec Abraham, nec aliqui alii antiquorum Patrum, nec etiam B. Virgo potuit amittere

obscuro, quoniam transirent in limbum, igitur, &c. Sed quoniam obsecro anoveatur per passum Christi nullum tamen ingreditur in calum, nisi cooperetur & utatur primâ gratiâ, quam sibi meruit Christus. Similiter Patres (antiqui) cooperantur passioni Christi prævisa ad habitalem ingressum, ut, amoto obstaculo, ingredi possent. Nos autem passioni exhibito, & amoto obstaculo cooperamur ad actuale ingressum, nisi impotentia excuset, sicut in parvulis, quibus Deus dat immediate introitum in calum, & ideo habent minimam gloriam. Præterea n. 10. ad idem propositum dicitur: Quod meritum Christi prævidebatur ab æterno, & ut sic prævisum acceptum fuit, ut aliquid boni conferretur electis ratione illius, antequam exhiberetur, ut scilicet eis, qui præcesserunt exhibitionem passionis ejus, dimitteretur originale, & conferretur gratia.

Quod probat exemplo, desumpto ex D. Ancl. 2. Cur Deus homo, c. 16. Eisd. quod multi offenderint unum Regem, & pro offensa exulant, venit unus innocens de sanguine illorum, & promittit facere unum opus pro Rege, placitum ei, certo die statuto, ut Rex remittat eis offensam, & reconcilietur eis. Rex acceptando servitium promissum, remittit offensam, & si aliquis eorum deliquerit, si satisfacere & penitere voluerit, promittit ei iterum offensam dimittere, protestando tamen, quod nullus eorum, qui fuerunt inimici, intrabunt palatium suum, quousque servitium innocentis promissum impleretur. Sic hic (prosequitur Scotus) Passio Christi dominis innocentibus ab æterno prævisa, ut exhibenda in certo tempore fuit multum accepta Trinitati, & pro ista omnibus credentibus illam exhibendam in tempore remittit offensam, quam contraxerant ex Adam, & quam postea commiserant, si penitere voluerint, non tamen acceptavit eam tantum, ut aliquis ingrederetur palatium suum æternum, antequam passio exhiberetur in effectu. Isto modo remittit Patribus offensam in Circumcisione sicut nobis in Baptismo; sed nullus est ingressus in palatium ante passionem exhibitam. Hucusque Scotus. Sed quis non videt, & hic sermonem esse de gratia justificante, & non de gloria?

Quinimo, dicit aliquis, n. 11. expressè negat meritum gloriæ, & consequenter prædestinationis. Ad secundum (inquit) nego Consequentiâ: quia omnes Patres (eadem est ratio de electis novi Testamenti, ut statim ex ipso videbitur) prius nati erant prædestinati, quam passio Christi esset prævisa; voluit enim Deus prius omnes electos habere gratiam & gloriam, quam præviderit eos casuros, & prius lapsuros, quam ordinaret medicinam contra lapsum; & ideo passio ut prævisa potuit esse ratio remittendi offensam, & conferendi gratiam reconciliantem; non autem potuit esse ratio prædestinationis. Respondetur primò, distinctione Consequentiâ: non potuit esse ratio prædestinationis in intentione; transcat; in executione, de qua sola expressè loquitur nostra Conclusio, negatur Consequentia.

Respondetur 2. Scotum loqui de meritis Christi passibilis; ut patet ex ipsis verbis, quod tamen non obstant, potuit Deus intendere

nostram prædestinationem ex meritis Christi, abstrahentibus à passibilitate, & impassibilitate. Etenim, ut docet Scotus ibidem n. 6. Christus ante omnes prædestinatus est: Quantum ad primum (utor verbis ejus) dico, quod Incarnatio Christi non fuit occasione prævisâ, sed sicut finis immediate videbatur à Deo ab æterno, ita Christus in natura humana, cum sit propinquior fini ceteris (scilicet electis tam veteris, quam novi Testamenti) prius prædestinabatur, &c.

Tunc iste fuit ordo in prævisione divina: primò enim Deus intellexit se sub ratione summi boni: in secundo signo intellexit omnes alias creaturas: in tertio prædestinavit hos ad gloriam & gratiam, & circa alios habuit actum negativum non prædestinando: in quarto prævidit illos casuros in Adam: in quinto præordinavit sive prævidit de remedio, quomodo redimerentur per passionem Filii: ita quod Christus in carne, sicut & omnes electi, prius prævidebatur & prædestinabatur ad gratiam & gloriam (consequenter etiam ad merita) quam prævideretur Passio Christi, ut medicina contra lapsum; sicut medicus prius vult sanare hominem, quam ordinet de medicina ad sanandum.

Eisd. igitur ex passione Christi non fuerit facta nostra prædestinatio in intentione, utpote quæ illam præcessit, quidni potuerit fieri ex aliis Christi meritis, quæ habuisset, tamen si Adam non peccasset? Nam in doctrina Scoti equidem venisset, & quis ausit ei merita negare, si concedat adventum in carne impassibili? Unde Felix de Prædest. cap. 4. Diffic. 4. n. 8. putat esse sententiam Scoti, quæ dicit Christum Dominum meruisse nostram prædestinationem in intentione. Nec solius Scoti, sed etiam Altorum, quos ibidem citat, quibus adde Heriæ Epil. Ippensem Part. 4. Tract. 1. Disp. 2. n. 60. in secunda Edit. Sic enim maxime apparet, quomodo Deus Pater benedixerit nos in Christo omni benedictione spiritali; qualis indubiè & valde magna est electio ad gratiam & gloriam. Deinde, Christus fuit prædestinatus ante omnes alios, & in illo signo priori poterant futura illius merita prævideri, & consequenter ob hæc homines ad gratiam & gloriam eligi, quod proinde factum esse suadet Christi dignitas, & major in nobis ad ipsum resumptis subiectio & obligatio. Ita præfatus Auctor probat suam opinionem.

Et rectè juxta Scotum 3. Dist. 13. 5. Quantum ad 2. questionem, n. 9. ubi docet, Christo fuisse collatam summam gratiam possibilem, innixus hoc fundamento: In commendando enim Christum malo excedere, quam deficere à laude sibi debita, si propter ignorantiam oporteat in alterum incidere. Confirmatur (pergit) ista responsio per illud Aug. de Libe. Arbitr. Quidquid tibi verà ratione melius occurrit, scias hoc Deum magis fecisse, quam non fecisse. Videtur autem simpliciter melius secundam rectam rationem, summam gratiam esse alicui collatam, quam non esse collatam &c. Ita Doct. Subr.

Consimiliter dico ego ad nostrum propositum, videtur simpliciter melius secundum rectam

Christus ante omnes prædestinatus est: Quantum ad primum (utor verbis ejus) dico, quod Incarnatio Christi non fuit occasione prævisâ, sed sicut finis immediate videbatur à Deo ab æterno, ita Christus in natura humana, cum sit propinquior fini ceteris (scilicet electis tam veteris, quam novi Testamenti) prius prædestinabatur, &c.

369.

Ordo in prævisione divina secundum Scotum.

370.

An Christus meruerit nostram prædestinationem in intentione.

Felix.

Affirmat Heriæ Ep. & probat.

371.

Probatio est conformis doctrina Scoti.

372.

etiam

*Videtur
simpliciter
melius præ-
dest. sic esse
factum.*

*Oppositum
docet Smif.*

*373.
Probant ex
Scripturis,
quæ tribu-
unt prædesti-
natio meri-
to bene-
placito Dei.*

*374.
Scriptura
expendun-
tur.*

*375.
Contra ex-
plicatione o-
mnium obijci-
tur Scotus.*

*Responsio
ad Scotum.*

etiam rationem, prædestinationem nostram factam esse etiam in intentione ex prævisis meritis Christi, quam non esse ita factam; eo semper salvo, ut Christus ante omnes alios fuerit prædestinatus independentem à lapsu Adami, sic ut venisset, tamen Adam non peccasset. Sed reponit aliquis, hic petitur principium; quia Adversarii, inter quos Smif. sup. n. 633. judicant & contendunt probare, id non esse simpliciter melius secundum rectam rationem, quin & repugnare Scripturæ sacræ in pluribus locis.

In primis illis Scripturis, quæ tribuunt prædestinationem merito beneplacito seu proposito Dei in laudem gloriæ gratiæ Dei, ad Ephes. 1. Qui prædestinavit nos &c. vide sup. Ubi etiam habes responsum ex Felice, scilicet Apostolum non excludere merita Christi; sed per hoc solum velle declarare, Christum Dominum pro illis dumtaxat sua merita efficaciter obtulisse, pro quibus cognoscebat, esse voluntatem Dei illa offerre. Sed contra facit, quod hic videatur supponi, Deum prius habuisse voluntatem aliquos determinatos salvandi, quam Christus pro illis merita sua obrulerit. Probatur: nam dicitur, pro illis solum obtulisse merita, pro quibus cognoscebat, Deum velle offerri; ergo pro electis seu prædestinatis; ergo jam voluntas Dei illos elegerat, & Christus solum obtulit merita pro executione electionis, quod unicum intendunt Adversarii.

Hinc aliter posset responderi ad has Scripturas, quod prædestinatio in intentione dicatur gratuita, & secundum beneplacitum Dei, ac in laudem gloriæ gratiæ suæ, idem, quia gratia, quæ fuit necessaria ad meritum Christi, fuit omnino sine ullis meritis concessa, & secundum meritum beneplacitum Dei: nam, ut sup. dictum est, ipsa Incarnatio, quæ est principium meritum Christi, planè fuit gratuita; atque hac ratione omnis prædestinatio nostra in ultima sua radice erit secundum meritum beneplacitum Dei, & in laudem gloriæ gratiæ. Accedit: quod fortè Christus non meruit, ut hi potius, quam illi eligerentur, sed aliqui in confuso. Sicut si pater aliquis per opus quoddam meruisset à Rege, ut unus ex filiis promoveretur: si Rex hunc promoveret, & non illum, facit secundum beneplacitum suum, & illa promotio est planè gratuita respectu illius filii promoti. Ergo similiter in casu nostro: neque facile assignari potest ratio; cur Deus hunc potius eligat quam illum.

Sed quid dicam? Nihil ex omni parte beatum. Id enim videtur esse contra Scotum, seu ordinem decretorum sup. ex Scoto assignatum, ubi in 3. signo, ut ipse ait, *Prædestinavit nos ad gloriam & gratiam*; non dicit aliquos in confuso, sed *Hos*; adeoque prædestinatio, quæ præcedebat merita Christi, terminabatur ad certas personas secundum Scotum. Respondetur, ut sup. Scotum ibi loqui de solo merito passionis, ut patet ex sequentibus signis: In quarto providebat illos casuros in Adam. In quinto præordinavit, sive providit de remedio, quomodo redimerentur per passionem Filii. Jam autem Felix non conten-

dit, prædestinationem in intentione esse factam ex prævisio merito passionis, sed ex meritis prævisis independentem à passibilitate carnis.

Ut sit de hac electione comparativa, de qua latius in fine præsentis Conclusionis. Primum obiectio in hoc potissimum consistit, quod in prædestinatione, electio, & vocatio sint factæ secundum propositum; atque adeo, quamquam electio possit esse, & sit ex meritis, non tamen illud propositum seu beneplacitum, quod est electio in intentione. Et si dixeris scriptum esse ad Ephes. 1. cap. v. 9. & 10. *Proposuit (Deus) in eo in dispensatione plenitudinis temporis instaurare omnia in Christo, quæ in calis, & quæ in terra sunt in ipso.* Ergo & istud beneplacitum seu propositum est ex meritis Christi.

Respondetur: sensus Apostoli est, quod proposuit complere omnia in Christo, id est, exequi per merita Christi, nam dispensatio circumstantiæ temporis, quo Deus instauraret omnia, ad ordinem executionis pertinet: ut & aliæ circumstantiæ, occasiones, & media nostre salutis, quæ peccatum, adeoque instaurandi necessitatem supponunt, per decretum executionis disposita sunt, non per primam intentionem salvandi electos. In his ergo posterioribus verbis (inquit Theod. sup. n. 634. in fine) *sicut explicat Paulus*, non se loqui de primo proposito, sed de proposito completivo & executionis, quod antea prædestinationem per Christum, & electionem in Christo secundum propositum appellaverat, & à primo proposito distinguere, sic ille.

Pergo ad alias Scripturas, quæ secundo loco obijciuntur: sunt autem, quæ non aliam rationem primi propositi salvandi electos assignant, quam laudem gloriæ Dei, & ostensionem bonitatis ejus, prout gratia & bonitas contra iustitiam distinguitur. Unum locum habes sup. ex Apost. ad Ephes. 1. Alius sumitur ex ead. Epist. cap. 2. v. 5. & seqq. *Cum essetis mortui peccatis, convivificavit nos in Christo (cujus gratia estis salvati) & concessit nobis in Christo Iesu, ut ostenderet in saeculis supervenientibus abundantes divitiis gratia sua in bonitate super nos in Christo Iesu.* Si autem propter meritum Christi conceptum esset illud primum propositum, jam etiam ejus ratio esset ostensio iustitiæ, cum meritum Christi infinitum sit, & de rigore iustitiæ ei nostra salus debeatur, eo modo, quo Deus potuit obligationem habere erga Christum hominem. Ita argumentatur Smif. sup. n. 635.

Respondet Felix sup. n. 10. ita loqui Apostolum; quia propter istos fines Deus prædestinavit omnes electos, imò & ipsum Christum, cum quo comparitur, ut Christus sit causa moralis nostræ prædestinationis in intentione. Sic ille. Non ergo negat Franciscus laudem gloriæ, & ostensionem bonitatis esse finem nostræ prædestinationis; sed affirmat idipsum de ostensione iustitiæ, non respectu nostri, sed respectu ipsius Christi. Sicut etiā gratia justificans dicitur gratis dari; quamvis detur ex merito Christi, solum in executione.

Verum ad hoc simile respondet Smif. sup. fa-
ctus esse, quod radicaliter non sit ex merito ali-
cujus, etiam ipsius Christi, etiam si proximè ob
aliquod meritum detur. Sic ergo, dum dicimur
gratis justificari, partim excluduntur merita
propria ipsius justificati, partim etiam merita
ipsius Christi, considerando radicem nostræ jus-
tificationis; quia prima intentio dandi nobis
gratiam justificantem (quarenus præcisè consti-
tuit hominem iustum, & Deo charum ac dig-
num vitam æternam, licet non quatenus est remis-
siva peccati) fuit omnino gratuita, licet decre-
tum executionem habuerit respectum ad merita
Christi, & propter illa justificatio nostra man-
detur executioni; quemadmodum etiam vita
æterna dicitur gratia; quia licet proximè detur
ob meritum adulti, radicaliter tamen, nempe
ratione gratiæ, in qua meritum fundatur, gra-
tis datur. Ita Theod. Ast quæro ego: nunquid
& meritum Christi fundatur in gratia? Nemo
dubitatur. Cur ergo nostra prædestinatio non fo-
ret gratuita, etiam in intentione fieret ob merita
Christi abstracta à passibilitate? Quippe ra-
dix istorum meritorum est planè gratuita, ut
ante dixi; quidni ergo prædestinatio, quæ ob
ista merita fieret, quidni, inquam, foret radi-
caliter gratuita? Tu dispice.

Afferat etiam Smif. ex Apost. Rom. 9. simile
de figulo & luto, quo putat suam sententiam
egregiè declarari. Nam (inquit) sicut ex parte
luti nulla est ratio; sed à solo pendet benepla-
cito figuli, quod ex luto fiat aliquod vas in ho-
norem; ita ex parte hominum nulla est ratio,
cur quidam ex illis eligantur, esset autem ratio
ex parte hominum, si quibusdam Christus me-
ruisset electionem; nam illi, etsi non ex pro-
priis meritis, tamen ex meritis Christi haberent
proprium, sibi quæque acquiritum jus ad electio-
nem. Sic ille. Respondent Adversarii Primò:
posse dici, secundum Aliquos, neminem in
particulari absolute loquendo habuisse jus. Se-
cundò: illud meritum, & per consequens jus
non se tenet ex parte hominis, sed potiùs ex
parte Christi. Sicut ergo aliquis tertius posset
esse ratio figulo, ut faceret ex hoc luto potiùs
vas in honorem, quam ex alio; & tamen ip-
sum lutum non propterea sibi posset adscribe-
re, quod eligeretur; sic indidem in casu præ-
senti: & hoc solum intendit Apostolus. Unde
v. 20. ait: Nunquid dicit figmentum ei, qui se fin-
xit: Quid me fecisse sit?

Obijciuntur tertio Scripturæ, in quibus fa-
tetur Christus, electos esse sibi datos à Patre,
Joan. 17. v. 12. Quos dedisti mihi, custodivi: ergo
acquisitionem illorum non promeruit, saltem
quoad primam Dei voluntatem dandi illos
Christo. Probatur Sequela: quia hæc ubi pro-
bant Aug. & alii Patres, gratiam & fidem non
esse ex meritis nostris; quia Scriptura dicit, hæc
nobis donari à Deo. Respondet Felix sup. n.
21. negando Consequentiam. Ad probationem
dicit: Patres non collegisse, fidem esse absque
meritis, quia sit data à Deo; sed quia sæpè
Scriptura docet, datam esse gratis, & quia di-

Tomus II.

citur donata & donum Dei, ad Ephel. 2. v. 8.
Gratiæ enim estis salvati per fidem, & hoc non ex
vobis; Dei enim donum est.

Notetur ly Non ex vobis &c. distinguitur e-
nim donum & datum; nam donum est plenè
liberale, ita ut excludat omnem obligationem
adhuc gratitudinis; datum verò hoc non habet;
& sic verè & propriè dicitur dare ille, qui ali-
quid tribuit, sive intercedat, sive non obligatio
aliqua. Cum ergo Scriptura dicat, fidem &
gratiam &c. esse dona Dei, optimè Patres col-
ligunt non esse ex nostris meritis; cum verò de
prædestinatis dicat Christus, sibi esse datos à
Patre, sufficit ut radix applicationis, quam
Christus fecit suorum meritorum pro illis, su-
matur ex voluntate Dei, & morione Spiritus
sancti disponentis, ut Christus efficaciter oraret
pro illis. Hucusque Felix. Feliciterne? Re-
spondet quipiam: si radix applicationis sumi-
tur ex voluntate Dei disponentis, ut Christus
efficaciter oraret pro illis, id est, pro prædesti-
natis, jam priùs, ut sup. adhuc dictum fuit, vo-
luntas Dei illos prædestinaverat, utique in in-
tentione, & solum voluit, ut Christus per sua
merita illis obtineret executionem prædesti-
nationis.

Hinc rectè (& erit quarta objectio) Scrip-
tura prædicat, Deum ex mera charitate elegisse
salvandos, & ob illam electionem meritum
Christi illis providisse, Rom. 5. v. 8. & 9. Com-
mendat autem charitatem suam Deus in nobis: quo-
niam, cum adhuc peccatores essemus, secundum tem-
pus Christus pro nobis mortuus est. Et alibi. Ergo
electio est prior ista provisione & prævisione
meritorum Christi. Respondetur: verba illa
& similia significare electionem reconciliati-
vam, propter quam Deus Pater dedit nobis
Filium suum, ut pateretur. Quare posset aliquis
mirari, Theodorum sup. n. 637. pro se adducere
hanc & similes scripturas, cum ipse n. 633. di-
cat, quod gratia respiciens essentialiter peccatum
sit nobis primùm decreta ex meritis Chri-
sti: atque adeò hoc decretum non fuisse omni-
nò gratuitum & liberale; & nonne electio re-
conciliativa essentialiter respicit peccatum? Er-
go perperam ex d. Scriptura videtur hic Auctor
probare, prædestinationem nostram non esse
in intentione factam ex meritis Christi; vel
concedat, gratiam respicientem essentialiter
peccatum non esse nobis primùm decretam,
id est, decretam in intentione ex meritis Chri-
sti; sed solum in executione. Expectabo re-
sponsum à doctioribus.

Pergo interim ad aliam Scripturam Matth.
20. v. 23. Sedere autem ad dexteram meam vel si-
nistram, non est meum dare vobis, sed quibus pater
voluerit. Quod si Christus meruisset
prædestinationem in intentione, etiam ejus
esset dare gloriam. Respondet Felix sup. n. 12.
Christum solum voluisse, non esse suum dare
gloriam titulo consanguinitatis: bene tamen
absolute juxta suam voluntatem, motam à Deo,
ut colligitur ex illo Luc. 22. v. 29. Et ego dispono
vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, &c.

Cc

Ultimò

383.
In quo di-
stinguatur
donum à
dato.

384.
Quid ob-
ijciat ex
Script.

Explicanti-
bus verba Apo-
stoli.

Smifing.

385.
Quia dicitur
scitio.

Solutum à
Felix.

386.
Ultima ob-
jectio.

Ultimò obijcitur ex Scriptura, quod legitur
Isaia 33. v. 10. Si posuerit pro peccato animam suam,
videbit semen longævum, & voluntas Domini in ma-
nu ejus dirigetur. Id est, effectus meritorum Chri-
sti est, ut per ipsum impleatur voluntas divina,
quæ nulla alia est, nisi salutis hominum.

387.
Duplex vo-
sponsio
Felix.

Respondenti Aliqui (inquit Felix sup.) quod
voluntas, quæ antecedit merita Christi, est in-
efficax, quæ vult omnes homines salvos fieri;
non verò voluntas, quæ vult salutem prædesti-
natorum. Secundò dico, quod hæc verba so-
lùm volunt, quod ea, quæ Christus meruit me-
ritis abstrahentibus à carne passibili, meruit et-
iam per passionem & mortem. Sic ille.

Igitur sententia Smif. & Aliorum, tamen
ex allatis Scripturis non parum fiat probabilis,
haud equidem tam certa, ut opinio Felicis ac
Aliorum sit, aut debeat dici improbabilis.

388.
Primatio
pro senten-
tia Smifing.

Quod probè sciens Theodorus, insuper ra-
tionibus voluit suam sententiam stabilire, qua-
rum prima est: prædestinatio Christi ex nullis
meritis sive propriis, sive alienis facta est; ergo
& nostra; nam ut antè dictum est ex D. Aug.
Nullum est illustrius exemplum prædestinationis (no-
stræ) quam ipse Iesus.

Reprobatur.

Respondetur: ad veritatem hujus dicti suffi-
cere, ut neutra sit facta ex meritis propriis. Al-
loqui dicas, nostram prædestinationem etiam
in ordine executionis non esse ex meritis alie-
nis, sicut Christi non est.

389.
Evasio.
Smifing.

Nequaquam, inquit, illa enim comparatio
inter prædestinationem Christi, & nostram
intelligitur de prædestinationis decreto, ad or-
dinem intentionis pertinente; illud namque
simpliciter dicitur prædestinatio, illudque Pa-
tres considerant, cum prædestinationem gra-
tuitam esse docent. Ita Theod. sup. n. 638.

Præcludi-
tur.

Sed quid vetat, consimiliter dici ab Adver-
sariis; Patres, cum prædestinationem gratuitam
esse docent, solùm considerant propria merita
prædestinati? Nam hæc simpliciter sunt merita.
Quid tibi videtur benigne Lector? Censeri pri-
mam rationem convincere?

390.
Secunda
ratio.

Progrédiamur ad secundam: Merita Christi
sunt posteriora decreto prædestinationis in in-
tentione, ut pater ex ordine decretorum sup.
ex Scoto relato.

Non est effi-
cax juxta
principia
Felicis.

Responsio manifesta est ex dictis; scilicet, id
tantum verum esse de meritis passionis. Et
quoniam Theod. non admittit alia merita, ut
constat ex his, quæ docet q. 10. ubi longè &
latè probat, Christum neque Angelis, neque
homini in statu Innocentiæ quidpiam meruisse
(de quo solet tractari in Tract. de Incarnatio-
ne) hinc consequenter asserere debet, prædesti-
nationem nostram in intentione non esse ex
meritis Christi. At verò Felix, cum præter me-
rita Passionis admittit alia merita, abstrahentia
à carne passibili, illà ratione nullatenus con-
stringitur.

391.
Sed neque
tertia ratio.

Sed neque tertiâ ratione, quæ talis est: quan-
do Christus specialiter oravit pro salvandis
Joan. 17. non petiit, ut Pater eligeret salvan-
dos; sed ut electionem impleteret, servando eos à

malo &c. ergo non meruit eis prædestinatio-
nem quoad intentionem, sed quoad executionem
tantum. Probatur Consequentia; quia
hoc tantum meruit salvandis, quod pro illis
petiit.

Respondent Adversarij: Christum habuisse
alia merita præter orationem. Nam (scilicet ipse
Smif. n. 640.) etiam per priorem partem dicte
orationis non meruerit Apostolis, ceterisque
jam tum credentibus vocationem, fidem &
primam gratiam justificantem; quatenus erat
oratio; quia per orationem, quæ talem non
meretur quis, nisi quod petit, & quod nondum
obtinuit; tamen tota illa oratione, quatenus
absolute erat cultus Dei, & opus meritorium,
etiam illis primis Christianis meruit vocatio-
nem, fidem & primam gratiam justificantem,
quam adepti jam erant: quemadmodum etiam
omnis gratia antiquis Patribus, ante Christi
adventum data fuit anticipatam præmium il-
lius orationis, & aliorum omnium meritorum
Christi. Hæc ille. Ergo Christus per illam o-
rationem aliquid meruit, quod non petiit. Ergo
tamen non petiit electionem salvandorum;
potuit tamen eam mereri.

Negatur (inquit) posterior Consequentia.
Nam (auditis Smif. sup.) per illam orationem
efficaciter applicavit merita sua electis; & quo-
modo ipsis ea efficaciter applicaverit toto vi-
sæ decursu, significavit: ergo solùm applicavit
ea ad effectus in illa oratione expressos; ergo
illos tantum promeruit, quoniam efficacia me-
ritorum ejus commensuratur applicationi. Sic
ille. Respondet Felix sup. quod sufficit, ut ap-
plicatio meritorum fuerit facta à Deo, quoniam
non fuerit à Christo: sicut Rex conferens pre-
mium uni aut alteri ex pluribus filiis alioquin
militis bene meriti, offerentis apud Regem sua
merita: nam licet miles non designet huic fi-
lium potius, quam illum; sed ex voluntate Ro-
gis procedat, cum omni rigore dicitur, Regem
præmiisse filium propter merita patris sui; in
in casu nostro. Ita Franc. Vide, quæ de hoc
simili sup. dicta sunt. Adde (pergit præter
Auctor) illam applicationem factam fuisse à
Christo Domino gratiarum actione, & rati-
ficatione, quæ complacuit in voluntate Dei, hoc
præ illis eligente.

Planè complacuit, reponit quispiam, sed quid
tunc? Inde potius sequitur opinio Smifing, scilicet
licet illam voluntatem hos præ illis eligentem,
quæ est prædestinatio in intentione, forte prio-
rem applicationem meritorum Christi; ergo ex
his non est facta. Audire Theod. sup. n. 641.
Quod (inquit) specialiter oraverit (Christus)
pro salvandis, & pro illis solis efficaciter me-
ritum suum obtulerit, idè fecit; quia vidit Tri-
nitatem sanctissimam ita velle; & hæc illud non
voluit, nisi quia efficaciter & absolute prius
voluit, ut isti præ aliis salventur; ergo hæc
voluntas salvandi istos antecessit prævisionem
meritorum Christi, nec Christus eam pro-
meruit.

Antecedens probat ex Scoto 3. Dist. 19.
q. 11.

quoniam. In ista questione, verbi gratia, sicut autem prius, dicente, ut sup. adhuc audivimus: Sicut Verbum prædictum passionem Patri offerendam pro prædestinatione & electis, sic eam efficaciter obtulit in effectu, & pro nullis aliis fuit efficaciter oblata. Item ex hoc principio Scoti: Ordinatè volens prius vult finem, quam mediū. Ergo SS. Trinitas prius voluit hos salvari, quam voluerit Christum velle pro his solis efficaciter orare, seseque offerre; quia hæc oratio & oblatio fuit mediū ad salutem electorum. Et ratio est (inquit idem Auctor) quod verisimile non sit, divinam voluntatem in decreto tanti ponderis se accommodasse humanæ voluntati Christi, & idem elegerit hos, qui salvantur, quia sic placuit humanæ voluntati Christi, eò vel maxime quod ad volendum negotium tanti momenti, Spiritus sanctus speciali haud dubiè instinctu moverit voluntatem Christi ad orandum & offerendum sese efficaciter pro solis istis, qui salvantur. Sic ille.

Respondet Felix sup. n. 14. ordine rationis prius, quam Deus elegerit, habuit actum, quo voluit, ut Christus applicaret sua merita efficaciter pro istis potius, quam pro illis, cui voluntati conformis fuit voluntas humana Christi; & ita prædestinatio Sanctorum semper reducit in voluntatem Dei, ut in primam radicem. Unde constat, quod, quamvis Deus ex meritis Christi nos eligat, non idem collitur liberalitas Dei; quia, si Christus meruit, est, quia Deus voluit, ut mereretur, & ex mera liberalitate absque ullis meritis decrevit Verbum humanitati uniri, ex qua unione resuscitavit Christus; ex quo non solum respicuit liberalitas Dei; sed etiam ejus justitia, prædestinando omnes ex meritis Christi.

Quid autem respondendum sit ad Scotum, patet ex antedictis, videlicet: primo loco citato agit dumtaxat de meritis Passionis; secundo autem loco de mediis, ut talia sunt; jam autem merita Christi, in quantum ex his prædestinatio in intentione facta fuit, non considerantur ut media, sed potius ut causæ prædestinationis, sive electionis ad gratiam & gloriam; & idem præcedere debuerunt absolutam voluntatem Dei dandi his, & non illis gloriam. Dico, Absolutam; quippe conditionatam dandi his, & non illis gloriam, si Christus pro his, & non pro illis offerret efficaciter sua merita, constat quia subsequuta sunt, supposito quod talis voluntas in Deo fuerit; hoc autem suppositum puto quod Smising non admitteret, sed tanquam gratis confectum rejiceret. Et hæcenus pro utraque sententia satis disputatum; eligat Lector, & non errabit in fide, aut bonis moribus.

De cætero Conclusio nostra, quæ asserit meritum, saltem in executione, certa est. Si autem à me queritur, an sit intelligenda de absolutam tantum electione; an verò etiam de electione seu dilectione comparativa, id est, unius præ altero. Respondeo cum Smising sup. n. 643. intelligi posse etiam de comparativa,

Tomus II.

idque determinata, v.g. dilectione Petri, præ Judæ; non tamen exclusivè, sed tantum negativè, quod non est aliud, quam quod Deus voluerit Petrum v.g. salvare, & non Judam. Dicit ergo hic Auctor, quod Christus meruerit Petro v.g. & aliis electis in particulari, meruerit, inquam, in executione gratiam & gloriam; Judæ autem & aliis reprobis in particulari ea non meruerit. Quod non meruerit reprobis, nimis clarum est, alioqui ea habuissent.

Porro meruisse electis in particulari, & non tantum vagè ac indeterminatè, probatur; quia in Deo non admittitur notitia confusa; ergo neque volitio confusa admittenda est; utraque enim (inquit ille) est imperfecta, utpote non attingens objectum secundum quod propriè est à parte rei; ut cum nos concipimus animal tanquam unum quid positivè commune pluribus, vel (quod fere idem est) individuum vagum animalis, seu aliquod animal, non concipimus animal prout est propriè à parte rei, cum non detur in rerum natura animal positivè commune multis, ut nec individuum aliquod vagum: at voluntas salvandi aliquos præ aliis vagè & indeterminatè est voluntas confusa; cum distinctè ad nullum individuum, sed solum ad individua vagè terminetur. Ita Theod. sup. n. 645.

Igitur volitio illa Dei ab æterno determinata fuit ad certas personas. Ergo si Christus meruit prædestinationem hominum in executione, aut etiam in intentione, ut putat Felix, meruit illam certis personis; nam conformavit suam voluntatem divinæ voluntati. Unde Joan. 17. v. 9. ait: Non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi. Et v. 19. Pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint & ipsi sanctificati in veritate. Ubi facit expressam comparationem inter datos sibi, & non datos, & illis præ istis applicat suam orationem & sanctificationem; ergo illis præ istis meruit, quippe illis meruit, pro quibus oravit; ergo si illis meruit prædestinationem, eam meruit illis, id est, electis præ istis, id est, reprobis.

Si inferas: ergo istis meruit suam reprobationem, v.g. Judæ derelictionem, quod repugnat muneri Redemptoris, & suæ charitati. Respondet Felix sup. non esse inconveniens, meruisse reprobationem negativam; nam, inquit, sicut Deus illam voluit, potuit Christus illam velle: nam talis reprobatio non est exclusio à gloria; sed tantum non electio efficax ad illam. Sic ille. Contrà: Deus potest velle, & verò voluit etiam reprobationem positivam, supposità prævisione peccati finalis, sequitur inde: ergo Christus eam promeruit?

Hinc præfatus Auctor dicit secundò & melius; quod, etiam si Christus meruerit electionem Sanctorum, non tamen meruit reprobationem aliorum. Sicut (inquit) merita justorum in die judicii erunt causa separationis eorum ab impiis, & tamen non erunt causa derelictionis impiorum. Ita Franciscus. Et ante ipsum, dictam Sequelam absolutè negavit Smising sup.

C c 2

398.

Probatur, Christum meruisse electis in particulari.

399.

Voluntas divina ab æterno fuit determinata ad certas personas.

400.

An Christus meruerit Judæ suam reprobationem.

401.

Quod non, probatur ex Felice.

Alia probatio ex Smising sup.

Alia probatio ex Smif.

sup. n. 647. Nam (inquit, etiam negativa reprobatio non pendet ex illa prima aliquotum electione praeter ceteris (nam illa non obstante poterat Deus alio decreto etiam ceteros eligere) & sic non fuissent negative reprobat) sed ex alio decreto arcano ex nullius meritis pendente quo Deus noluit alios eligere pro illo signo. Hæc Theod.

402.

Causa reprobationis negativa est solus Deus.

Causa ergo reprobationis negativa est solus Deus, qui ob rationes sibi cognititas tunc iustitias, tamen nobis incognitas noluit eos eligere, cum posset. Sed nunquid quæ Christus, eadem est ratio puri hominis, ut & hic possit petri prædestinationem alterius hominis? Hæc est nostra resolutio.

CONCLUSIO VII

Purus homo potest mereri, saltem de congruo, alteri homini collationem primæ gratiæ tam actualis, quam habitualis.

403.

Probat Conclussio ex orationibus Ecclesiæ, & fidelium pro invicem Smif. Felix.

Si communis sententia Theologorum, quam sequitur Smifing sup. n. 625. & con-sonat Felix de Prædest. cap. 4. diffie. 5. itemque tract. de Grat. cap. 40. diffie. 8. n. 5. & 6. Patet (inquit Theod.) ex orationibus Ecclesiæ & fidelium pro invicem: nam Ecclesiæ publicæ, & fideles privatim orant pro conversione infidelium & peccatorum, pro incremento fidei & iustitiæ aliorum, & pro perseverantia eorum ac vitæ æternæ consecutione, monente Scripturâ Jacob. 5. v. 16. Oramus pro invicem, ut salvemini: at quod orando impetramus, de congruo promeremur, sic ille. Quidni ergo unus alteri possit promereri de congruo, imò de facto mereatur effectus prædestinationis, in Conclusionem expressos, imò etiam alios, scilicet augmentum gratiæ sanctificantis, æternam gloriam &c. Neque enim est major ratio de uno, quam de alio, loquendo de illis effectibus, qui dantur ipsis electis, ut patet ex dictis Concluss. præced. de merito Christi.

404.

Addeur esse expressam sententiam Aug. de Dono persever. c. 22.

Atque hæc videtur esse expressa sententia D. Aug. de Dono persever. cap. 22. ibi: Et si qui sunt nondum vocati, pro eis ut rogemur, oramus: forsassis enim sic prædestinati sunt, ut nostris orationibus concedantur, & accipiant eandem gratiam, quâ velint esse, atque efficiantur electi, Deus enim, qui omnia quæ prædestinavit implevit, ideo & pro inimicis fidei orare nos voluit, ut hinc intelligeremus, quod etiam ipse infidelibus donet, ut credant, & volentes ex nolentibus faciat. Donet, inquam, primam gratiam actualem, scilicet vocationem ad fidem, quâ disponantur ad primam gratiam habituales, atque adeo ad gloriam consequendam, si in ea ulque in finem perseveraverint. Sed & ipsam perseverantiam donare, significat his verbis: Velint esse, atque efficiantur electi; nam sine tali perseverantia nequeunt esse atque effici electi, minimum in executione, id est, nequeunt conse-

quiritam æternam, ut ait Aug. sup. n. 647.
 Nec capitulum hoc locum ad Aug. notandum.
 Conclusionem, sed etiam Sermonem 94. de diversis.
 6. ubi de Saulo dicitur: Ad orationem Stephanus per-
 tinebat. Adhuc gratificatur, & iam pro illo Stephanus
 exaudiebatur. Et Sermonem 11. de S. Stephano ait:
 Nam si S. Stephanus sic non orasset, Stephanus
 dum non haberet. Quibus verbis electionem Pauli
 tribuit orationi Stephanus, quam fudit pro
 dignitibus inter quos erat Paulus. Scit ergo
 eis S. Prosper lib. 2. de Vocat. Gent. capitulum
 in fine. Dum in corpore vivitur, nullus est
 generis corruptio, nullus est desperanda reparatio
 lingue sanctæ Ecclesiæ, & prois, qui crediderunt,
 gratias agens perseverantem veli perseverantiam peti:
 prois autem, qui extra fidem sunt, potest orandum,
 Nec ideo ab observationibus cesset, si pro aliquibus
 electis non fuerit. Dant enim, qui omnes valde ad
 gloriam perveniunt, ut non potest quomodo
 iustitia refutari.
 Quod si de aliquibus (inquit Aug. lib. 2. de
 Civit. c. 24.) ita Ecclesiæ aera esset, qui nulli
 etiam non esset, qui licet agibus in bona via sint
 aut, tamen prædestinati sunt in æternam gloriam
 cum diabolo (id est, qui ulque ad mortem
 bunt, cor impenitens, nec ex inimicis
 tentur in filios) tam pro eis non oramus, qui in
 ipsa. Ego, (loquitur Christus ad Patrem Jon.
 17. v. 9.) pro eis rogo, non pro mundo (hoc est,
 juxta Aug. tract. 107. in Joan.) qui vult
 eundem concupiscentiam mundi, & non sum in
 sorte gratia, ut ab illo eligantur ex mundo rogo
 (quia non est æquum, ut peculiarem eorum
 gram, ut orem, ut à te exaudiar pro christi
 his, quos deisti mihi, quos raptores dei
 esse æternæ salutis electione declarasti. Quis
 (inquit ibid. v. 12.) deisti mihi, qui in
 mo ex eis perit, nisi (hoc est, sed) filius perditionis,
 non negligentia mea, sed sua culpa.
 Arguit de veritate Conclusionis nostræ non est
 relictus dubitandi locus. Et factum fuisse, quod
 potuit fieri, satis patet in B. Stephano, qui
 ex Aug. dictum est, meruit conversionem Pauli.
 Et confirmatur exemplo S. Monice, quæ
 aucte precibus, & lachrymis suis conversionem
 D. Aug. tradit Ecclesiæ in officio divi orationis
 Sanctæ Lex. 4. in principio dicitur: Monice.
 Aug. dupliciter mater, quia cum & monice &
 peperit, utique suis orationibus; nam paulo post
 sequitur: In aspidibus ad Deum orationibus pro
 filiis, qui in Monice eorum sciam inciderat, lachrymas
 fundebat.
 Sed nunquid idcirco recte dicitur, Stephanum
 meruisse prædestinationem Pauli, aut Monice
 eam prædestinationem D. Augustini? Hæc
 controversia de nomine seu modo loquendi
 propter breviter expedienda. Equidem si
 destinationem omnino proprie intelligas, juxta
 supra dicta, de intentione æternæ dandi gratiam
 & gloriam, sive de prædestinatione in intentione
 Conclusionis præced. multo magis negari debet
 pro hominibus. Et quævis concederemus Christo
 propter ejus excellenciam, alius tamen (ut ait
 Felix